

## Advertencias para

Sciatur, utrum odio vel amore dignus sit. Et hoc expresse sentit Sancto Thom. in. 4. dist. 9. Hæc Cai. vide Palu. in. 4. dist. 5. q. 2. num. 21. Soto in. 4. dist. 1. q. 5. art. 6. & dist. 5. q. 1. art. 4. infine. Exquo sequitur quod peccat qui credens vel credere debens se reum mortalis culpæ, ministrat [saltem sollemniter] aliquod Sacramentum, vel suscipit, nisi ita se credat attritum quod adiuncto calore Sacramenti, fiat contritus. Et cum generalis dolor & contritio de peccatis sufficiens sit [que tamen puncto temporis prestari potest] Sacerdos administraturus Sacramentum aliquod quantum libet imparatus inueniatur, debitam de omnibus suis peccatis mortalibus contritionem habere potest, vel attritionem qua se probabiliter contritum esse credat. Atque ita actum eliciat quam potuerit feruentiorem amoris Dei, & intensiorem contritionis, ut non in peccato administret Sacramenta. Et quamvis ad alia Sacramenta hoc satis sit, ad celebrationem tamen, aut communionem præter contritionem Confessio actualis peccati mortalis requiritur. Etiam si veram de eis omnibus contritionem habeat, si tamen habet copiam Confessoris, ut docet Divus Thom.